



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 43. Scriptores Acatholici hoc anno mortui coprum opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. manibus exhibebant &c. Decessit die  
A. C. 1729. 15. Nov. Neapolis nonnisi quadraginta  
septem annos natus.

## §. XLIII.

*Scriptores Acatholici hoc anno mori-  
tui, eorumque opera.*

**N**on desunt ex Protestantibus hoc anno denati, qui suis lucubratio-  
nibus sese de Republica literaria bene  
meritos reddiderunt. Hos inter præ-  
cipue inclaruit Samuel Clarke, qui  
scripsit de Baptismo, Confirmatione  
& poenitentia, observationes in librum,  
cui titulus: *Amyntor*, dilucidationes  
in quatuor Evangelistas, tractatum de  
existentia & attributis Divinis, episto-  
lam ad Dodwelum de immortalitate  
animæ, vindicias hujus epistolæ, Juli  
Cæsaris opera notis illustrata, & do-  
ctrinam S. Scripturæ de Trinitate,  
cum autem in hoc libro Arianismo fa-  
visse argueretur, in sui defensionem  
plures edidit vindicias, quibus tamen  
maculam contextit, non autem abstera-  
vit. II. Abel Boyer, qui diarium e-  
dedit de statu politico Britanniae, nec  
non vitam Guilielmi III. Angliae Regis  
aliaque non pauca. III. Joannes Fran-  
ciscus Budæus, qui Orbi literario re-  
liquit Institutiones Theologico-dog-  
mati-

maticas, Isagogen Historico - Theologico, Historiam Ecclesiasticam V. T. Sæc. XVIII.  
Institutiones Theologiae moralis, selecta juris naturæ & gentium, analecta Historiae philosophiæ, introductionem ad Historiam Philosophiæ Ebræorum, Parergen Historico - Theologicam, tractatum de concordia Religionis Christianæ, statusque civilis, theses de atheismo & superstitione, Miscellanea Sacra, Abarbaelis dissertationes de Principatu Abimelechi, Ecclesiam Apostolicam, epistolam apologeticam pro Ecclesia Lutherana contra Javorsckium, & plures dissertationes, aliaque nonnulla. IV. Simon Hahn, qui prosecutus est Chronicon Bergense Meibomij & elucubravit Jus imperii in Florentiam, necnon collectionem monumentorum veterum & recentium ineditorum, dissertationem de Regno Arelatensi, & diploma Imperatoris Ottonis M. illustratum. V. Ludovicus Fischlin, qui publici juris fecit Theatrum mysterii *Αποκατάσεως πάντων* denudatum, & destructum, Memoriam Theologorum Würtenbergensium unacum supplementis. VI. Joannes Fabritius, qui vulgavit Considerationes variarum controversiarum, enodatam quæstionem, an inter Religionem A. C. & Catholicam non sit essentiale discrimen,

&amp;

M 5

Sæc. XVIII. & utrum tam in hac quam illa quis fal-  
A.C. 1729. vari queat, quam quæstionem cum

affirmando solveret, pro Syncretis-  
habebatur. VII. Nicolaus Hierony-  
mus Gundling, qui præter plures dis-  
sertationes Academicas ad prælum pro-  
movit suam viam ad veritatem ratio-  
nalem & moralem, Historiam philo-  
phiæ moralis apud Orientales, oti-  
Gundlingiana &c. VIII. Gottlieb  
Wernsdort, qui posteritati reliquit  
præter dissertationes sat eruditas com-  
mentationem de indifferentismo reli-  
gionum. IX. Fridericus Lampe,  
cujus calamo profluxit tractatus de  
cymbalis, alias de mystica miraculo-  
rum Christi interpretatione, commen-  
tarius in Joannem, præter ejus differ-  
tationes Philologicas, orationes & pro-  
grammata in duo volumina Amstello-  
damensibus literis Anno 1737. excusa.  
X. Henricus Gebhard, qui edidit com-  
mentarios in XII. Prophetas minores,  
in epist. Judæ, in Apocalypsin Joannis  
& alia quamplurima. XI. Joannes  
Funck, qui scripsit Historiam reforma-  
tionis, & Conf. Augustanæ, disserta-  
de tempore nativitatis Christi & de  
pulchri natura. XII. Joannes Engel-  
brecht, qui vulgavit tractatum de ve-  
ris & necessariis Philosophiæ moralis  
adminiculis, de præsumptione pro Clero  
præter alia nonnulla.

§. LXIV.